



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

na, sed necessaria etiam sit pluralitas substantiarum individuarum, seu incommunicabilium, ac substantiarum, que esse nequit sine distinctione reali vius substantia ab alia. Itaque sicut in Christo est ratio personæ naturæ diuinæ, & ratio personæ naturæ humanae (est enim individua substantia naturæ diuinæ, & individua substantia naturæ humanae, licet quod Christus individua, id est, incommunicabilis, substantia sit naturæ humanae, non habeat ex propriis naturæ humanae, sed ex Verbo diuino, quod est hic homo à natura singulari humanae, quam habet unitam, incommunicabilitatem vero habet ex se; non tamen sunt duas personæ, quia non sunt duas substantiae individuae, sed una tantum propter unitatem substantiarum: ita Filius & Spiritus sanctus habent duas rationes personæ, non tamen essent duas personæ, sed una tantum. Quo loco aduerte, eodem modo teneri aduersarios solvere simile argumentum, quod tunc contra eos posset fieri, de Patre & spiratore: esset enim tunc spirator quid incommunicabile, eo quod soli Parri conueniret, ac proinde haberet rationem personæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum Spiritus sanctus procedat à Patre per Filium.

*Affirmans
conclusio in
quo sensu sit
vera.*



ONCLVSI O affirmat, eamque admittit Concilium Florentinum in literis sanctæ uniorum. Ex dictis vero art. precedente disputatio 2. patet, in quo sensu sit vera, & assentur à Sanctis. Si enim spectimus Filium quatenus à Patre habet eandem vim spiraturam numero, qua est in Patre, dicendum est Spiritum sanctum procedere ab utroque immediate, & simul etiam quodammodo à Patre per Filium, quatenus Filius per virtutem acceptam à Patre spirat. Itaq; utrique supposito tribuitur spiratio immediate, sed supposito Patris, simul etiam quodammodo mediæ, quatenus Filio communicavit eamdem virtutem numero, qua utraq; spirat immediate.

*Spiritu
sanctum
esse filio per a-
cceptam in utro-
que.*

*An sit ad-
mittendum
Spiritu[m] an-
tiquum prin-
cipaliter,
aut propriæ à
patre.*

Dubium est, utrum hæc etiam sit concedenda, Spiritus sanctus est à Filio per Patrem? D. Th. hoc loco ad ultimum videtur eam negare. Durandus vero in i. d. 12. q. 3. & Torres hoc loco censem posse in hoc sensu concedi, id est, per virtutem acceptam à Patre: quemadmodum concedimus Prætorem operari per regem, id est, per facultatem communicaram à rege. Et quidem placet quod dicunt, quanvis propositione sine distinctione non sit concedenda.

Dubitatur etiam, utrum concedendum sit, Spiritum sanctum esse principaliter à Patre, & esse propriæ à Patre? D. Augustinus 15. de Trinit. cap. 17. & 26. in hoc sensu affirmit Spiritum sanctum esse principaliter à Patre, quod Pater à se habeat, ut producat Spiritum sanctum, Filius vero non à se, sed à Patre id accepit per generationem. Cum enim cap. 17. prius dixisset, Spiritum sanctum principaliter procedere à Patre, subiunxit: Ideo addidi principaliter, quia & de Filio Spiritus sanctus procedere repertus: sed hoc quoque illi Patre dedit. Hieronymus etiam, aut quicunque aliis eius operis est autor, tom. 4. in explicatione Catholicæ fidei, Nicenique symboli, scribens ad Cyrillum in eodem sensu ait: Creditur Spiritum sanctum, qui de Patre processit propriæ. Et inferius: Spiritum sanctum verum Deum invenimus in Scriptura, & de Patre propriæ esse. Verum licet hi Patres in sensu explicato eo modo loquantur, numquam tamen est concedendum, Spir-

A tum sanctum minus principaliter, aut minus proprie procedere à Filio, neque id ipsi vnumquam concessissent. Non etiam videtur surpandus modus ille loquendi, sed piè exponendus.

ARTICVLVS IV.

*Vtrum Pater & Filius sint vnum principium
Spiritus sancti.*

DISPUTATIO I.

CONCLVSI O affirmat. Eam probat D. Thom, quia in diuinis omnia sunt vnum inter quæ id non impedit relationis operationis: sed Pater & Filius non opponuntur relativè in hoc, quod sunt principium Spiritus sancti: ergo Pater & Filius sunt vnum Spiritus sancti principium.

Adverte, conclusionem propositam eo modo, esse de fide. Definita namque fuit in Concilio Lugdunensi cap. Fidei, de summa Trinitate & fide Catholica lib. 6. vbi sic habetur: *Spiritus sanctus aternalius ex Patre & Filio, non tamquam ex duobus principiis, sed tamquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed una spiratione procedit.*

C Et in inferius: *Damnamus omnes qui temerario ausu presumperint assertare, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio tamquam ex duobus principiis, & non tamquam ex uno procedat.* Et in Concilio Florentino in literis sanctæ uniorum his verbis: *Spiritus sanctus suum esse substantiam habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio, & unica spiratione procedit.*

DISPUTATIO II.

Vtrum hæc sit propria, Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus sancti.

DIUS Thomas hoc loco referit sententiam quod rumdam, qui dicebant, prædictam propositionem non esse propriam. Ducebantur in hanc sententiam, quoniam cum nomen principium Spiritus sancti, non sit nomen personæ, sed cuiusdam proprietatis communis Patri & Filio, dicebant non esse nomen substantium, sed adiectivum: vnum vero adiectivum non determinat aliud, sed utrumque determinat substantium: quare cum in hac propositione, *Pater & filius sunt vnum principium Spiritus sancti*, ponantur duo adiectiva à parte prædicati, videlicet, *vnum*, & *principium*: de Patre vero & Filio non sit verum dicere quod sit vnum, propositione non erit vera, nisi dixit, *vnum*, sumatur aduersari, ac sit sensus, Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus sancti, id est, vno modo principium: quæ locutio est impropria. In eo ergo sensu dicunt propositionem usurpatam esse à Sanctis, & esse veram, impropriam tamen.

F Hanc sententiam impugnat D. Thomas. Primò, quia si propositione illa in eo sensu concederetur, & affirmaretur à sanctis Patribus, concederetur etiam hæc: *Pater est duo principia Filij & Spiritus sancti*, id est, duobus modis principium, nempe per intellectum, & voluntatem, generando, & spirando: et tamen non concedunt. Secundò, quia licet nomen, *Principium*, significet proprietatem, significat tamen eam substantiam, quemadmodum nomina, pater, dominus, & cat. sunt nomina substantia. Atque inde sumit rursus argumentum ad con-

ad confirmandam conclusionem propositam, quia nomina substantia non dicuntur in plurali, nisi forma, quam in concreto significant, multiplicetur in iis, de quibus dicuntur: quare cum vis spiratiua, spiratioe actiuia, quam hoc nomen substantiuum, principium Spiritus sancti, de formalis significat, sit eadem numero in Patre & Filio, certe quemadmodum haeticum est dicere, Patrem & Filiū esse plures Deos, orthodoxum verò esse unum tantum Deum, eo quod Deitas, quam substantiæ, & in concreto nomen Deus significat, non multiplicetur in Patre & Filio: sic etiam falsum erit, Patrem & Filiū esse plura principia, verum autem atque orthodoxum, esse unum tantum principium Spiritus sancti. Confirmatur auctoritate Augustini 5. de Trinitate cap. i. 4. dicentes: *Sicut Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt unum principium creaturarum: ita Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti.*

Gregorius Ariminensis in 1. distin. 12. quæstione 1. & quidam alij quos citat, ex quodam alio capite censent, eamdem propositionem in rigore, & iuxta proprietatem sermonis, atque adeo simpliciter esse falsam: nempe quia, licet nomen illud, *principium Spiritus sancti*, substantiuum sit, significetque de formali eamdem numero spirationem actiuam Patri & Filio communem, quia tamen supponit pro suppositis Patris & Filii, que sunt plura, censent simpliciter ac in rigore Patrem & Filiū esse plura principia Spiritus sancti, esto eadem vi spiratiua, eadémque spiratione actiuia numero. Spiritum sanctum spirent. Addunt verò, à Sanctis concedi & asseuerari Patrem & Filiū esse unum principium Spiritus sancti, quia uno modo, & tamquam unum principium sunt Spiritus sancti. Id quod explicant in hunc modum. In rebus, inquit, creatis numquam plura principia concurrunt ad eundem effectum produceendum, nisi vel diuerso modo concurrant, vel effectus plus sit ab utroque principio, quam ab altero tantum: quia ergo Spiritus sanctus eodem modo est à Patre & Filio, neque plus est ab utroque, quam ab altero tantum, sit, inquit, vt quamvis simpliciter Pater, & Filius non sint unum principium Spiritus sancti, sed plura, dicuntur tamen habere instar unius principij. Eaque ratione volunt, ut Concilium Lugdunense & Florentinum, licet definierint Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio una spiratione, non tamen definierint Patrem & Filiū esse unum principium Spiritus sancti, sed Spiritum sanctum esse à Patre & Filio tamquam ab uno principio.

Pater & Filius præ sunt unum tantum principium Spiritus sancti. Sententia hæc temeraria est profectio, & parvuta in fide, ne aliquid amplius dicam. Luce enim claruit constat, mentem viriusque Concilii fuisse definire, Patrem & Filiū esse unum tantum principium Spiritus sancti, quod erat dubium, neque dictiōnē illam, tamquam, à Conciliis fuisse appetitam ad diminūdum, sed ad declarandum, quemadmodum ponitur, quando dicimus, omnes creature sunt à tribus personis diuinis, non tamquam à tribus causis, sed tamquam ab una causa. Se loquitur D. Iohannes i. cap. de Christo, cùm ait: *Vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à Patre. Addit, quod Concilium Florentinum tollit omnem ambiguitatem: ante illa enim verba in eisdem literis sancti Iohannis præmisserat verba, qua sequuntur: Latine affirmaverunt, non se hac mente dicere Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio, quid duo ponant esse principia, seu duas spirations, sed ut unum tantum asserant esse principium, utriusque spirationem Spiritus sancti, prout haec tenus asseruerunt. Quid si aduersarij*

Molina in D. Thom.

A respondeant, Concilia definiuisse quidem Patrem & Filiū esse unum tantum principium, attamen improprie fuisse locuta, intellectissime, id est, uno tantum modo, propriè verò ac in rigore concedendum esse Patrem & Filiū esse plura principia propter pluralitatem suppositorum, sancit ea sententia erronea erit, auctoritatique Ecclesiae detrahatur. Ex ea namque sequitur, Ecclesiam, quia ut Paulus 1. ad Timotheum 3. ait, *Columna & fundamentum est veritatis*, in re tanti momenti absque illa explicazione ac distinctione, eam propositionem tamquam veram, firmaque fide tenendam definitissimam, quia similiter ac in rigore, proprietate quoque sermonis, esset falsa: id quod est, Ecclesiam suis definitionibus ansam potius errandi hominibus præbere, quā eos ab erroribus liberare.

Vt autem patet propositionem à Concilio definitam simpliciter, ac in rigore esse verissimam, vt etiam lucem multis alijs propositionibus afferamus, sciendum est: Hoc esse discrimen inter nomina concreta adiectiū, & substantiū sumpta. Quod ut adiectiū nomina dicantur pluraliter, satis est pluralitas suppositorum, nec necessaria est pluralitas significati formalis: vt verò substantiū dicantur pluraliter, requiritur tum pluralitas suppositorum, tum etiam significati formalis. Ratio huius regula est, quam egregiè tradit Scotus in 1. d. 12. q. 1. quia ut intelligatur in primis suppono. Perinde est dicere in plurali numero, *Socrates & Plato sunt albi*, ac dicere *Socrates & Plato sunt plures albi*, vt de se est manifestum: numerus namque pluralis ad significandum, denotandamque pluralitatem rei per nomen significatum, est inventus. Quod fit, vt idem iudicium sit ferendum de propositionibus, in quibus termino concreto iungitur nomen numerali, sive id commune sit omnibus numeris, vt sunt nomina, plures, multi, sive significet certum ac determinatum numerum, vt significant nomina, duo, tres, & cetera, & de his propositionibus, in quibus nomen concretum predicitur in plurali, nullo apposito nomine numerali: quippe cum hæc posteriores propositiones illis saltem aequipollant, in quibus iungitur nomen numerali, numeris omnibus commune.

Quo facto fundamento, hanc rationem regulas propositiones reddit Scotus: *Duo, inquit, adiectiū ita sunt affecta, vt neutrum determinet alterum, sed virūque determinet substantiū, ut patet, quando dicimus, Socrates est musicus albus. Sensus namque est, & Socratem esse musicum, & esse albus. Quia ergo, inquit, adiectiū eius sunt natura, vt non se determinent mutuo sed determinent substantiū, efficitur, vt quando concreto adiectiū additur à parte predicationis nonum numerale adiectiū, neque numerum determinet alterum, sed ambo determinant substantiū, aut substantiū, que sunt à parte subiecti. Atq[ue] hic, inquit, est, vt sensus huius propositionis, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres aeterni, sumptu nomine aeterni, adiectiū, sive hic, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres (ybi vides pluralitatem non cadere, supra significati formale nominis adiectiū, aeterni, sed supra substantiū posita à parte subiecti) sunt, inquam, tres, & corū quias est aeternus, ad quod impertinet est, an eadem numero aeternitate, an alia, atque alia sunt aeterni. At verò quia quando concreto substantiū à parte predicationis iungitur nomen numerali, fertur in substantiū, cum eoz construitur, denotat pluralitatem, non solum in significato materiali, pro quo substantiū, cui iungitur, supponit, sed etiam in significato formalis. Quare hæc est haeretica, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt plures Dei, aut plures Domini: quia terminus numeralis cadens*

*Discrimen
concretorum
nominiū sub-
stantiū, &
adiectiū
sumptuorum
vt plura-
ter dicatur.*

Q. q. supra

supra nomina substantia, Dij, & Domini, denotat pluralitatem in Deitate, & in ratione dominij, quæ in suppositis diuinis nulla ratione multiplicantur.

Principium Spiritus sancti, & spirator, pro quo supponant, & an sit quidam concretum ex essentia & spiratione actiua.

Sciendum est vterius, esse controversiam non paruam, pro quo supponant immediate nomina haec substantia, principium Spiritus sancti, & spirator. Quæ difficultas ex parte ab hac alia pendet, An sicut ex essentia diuina, & paternitate nostro intelligenti more constituitur Pater, qui est vnum per se, intrinsecè includens Deitatem, realiter vero distinetus per paternitatem a Filio & Spiritu sancto, eodem modo constituantur Filius & Spiritus sanctus ex eadem Deitate, & suis proprietatibus personalibus, filiatione videlicet, & spiratione passiva: sic etiam ex essentia diuina & spiratione actiua constitutur spirator, relatiuè oppositus Spiritui sancto, qui similiiter sit vnum per se. Verutamen quia communis est Patri & Filio, nec sit persona, nec suppositum, sed individuum, quoddam subsistens: sicut etiam Deus, aut hic Deus ut concretum quoddam est à natura diuina singulari, nec persona est, nec suppositum, sed individuum quoddam subsistens tribus personis diuinis commune, & vnicuique ea- rum intrinsecum.

Ochamus, & Gabriel in 1. dist. 12. quæstione 1. & quidam alij affirmant, nomina illa substantia, principium Spiritus sancti, & spirator, supponere immediate pro illo individuo subsistente Patri & Filio communi, quod est vnum principium quod Spiritus sancti, rationeque illius veram esse hanc propositionem, *Pater & Filius sunt vnum tantum principium Spiritus sancti*: quia sunt illud individuum, quod est vnum principium Spiritus sancti principium. Quatenus vero eadem nomina supponunt mediate pro Patri & Filio, quæ sunt plura supposita secundum rem inter se distincta, quorum cuiusverè conuenit, vt sit principium quod Spiritus sancti & spirator, dubitant an in rigore, ex proprietateque fermoris, concedendum simul sit, Patrem & Filium esse etiam plura principia Spiritus sancti, plurésque spiratores. Propendentes in partem affirmantem, liceat addant, quia verè sunt etiam vnum principium propter illud individuum subsistens Patri & Filio commune, non esse in vsu modum loquendi, qui concedit esse plura principia, idque propter hereticos, & ne detur occasio errandi simplicibus: cō quid in rebus creatis valere soleat talis consequentia, *hac sunt vnum principium huius rei*, ergo non sunt plura principia. Quod idem iudicium ferendum censem hi autores de his propositionibus, *Pater & Filius sunt plures spiratores*, sunt plura principia Spiritus sancti, in quibus à parte prædicati ponitur nomen substantium, ac de his, *Pater & Filius sunt plures spirantes*, aut spirant Spiritum sanctum, in quibus participum, spirantes, & verbum spirant, sumuntur adiectiuem.

Qui cōstat spiratorem non esse individuum commune Patri & Filio, nostro intelligenti more constitutum ex essentia & spiratione actiua.

Sunt qui stocachentur aduersus hos Doctores ed quid in diuinis constituant illud individuum uidulum concretum ex essentia & spiratione actiua. Videnturque asserrare, spiratorem esse concretum deductum solum à relatione spirationis actiue Patri & Filio communi, quasi nomen, spirator, de formalia can relationem, præcisè consideratam ab essentia, significet: cum tamen vocabula, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ut ex dictis quæst. 28. art. 2. disp. vltima est manifestum, essentiam simul, & relationem dicant de formalib.

Argumentatur vero aduersus Ochamum & Ga-

briem. Primo, quia id est ponere quacernitatem in diuinis. Secundo, quia sequeretur Spiritum sanctum non immediate procedere à Patre & Filio, sed ab illo constituto utriusque communi. Tertio, quia sequeretur Spiritum sanctum à nulla persona immediate procedere, sed ab illo constituto, quod non est persona. Quartò, quia Scriptura loa. 1, affirmit Spiritum sanctum procedere à Patre, non vero ab illo constituto. Et ad Galat. 4. Spiritum sanctum esse spiritum Filii, non vero illius constituti.

Quinto, addunt alij, spiratio actiua aduenit, nostra etiam intelligenti more, Patri & Filio iam constitutis ex essentia & relationibus paternitatis & filiationis: ergo neque cum Patre & Filio, neque cum eorum essentiis constitutere potest vnum per se.

Sexto, constitutum illud neque est individuum natura diuina, neque individuum contentum sub persona diuina in commune: cum ergo in diuinis non aliud sit admittendum individuum, quam natura diuina, aut persona in commune, consequens est, ut recessum omnino à diuinis sit constitutum ex essentia & spiratione actiua.

Septimo, constitutum illud, si sit admittendum, commune quipiam erit duobus suppositis diuinis, nempe Patri & Filio: ergo non erit individuum in se, ac proinde neque illi cōueniet ratio individui, quæ est, scilicet individuum in se, & diuīsum à quoque alio.

Sit nihilominus prima conclusio. Non videtur negandum, spiratorem esse vnum per se ac subsistentem, ex essentia diuina & relatione spirationis actiuae constitutum, quod idcirco individuum sit, & non persona, quod Patri & Filio sit commune. Probatur, quoniam in diuinis datur ratio spiratoris, seu spirantis actiue, Spiritui sancto relatiuè opposita, Patrique ac Filio per identitatem realēm ac formalem communis. Etenim cum Spiritus sanctus, relatiuè quoddam sit, habere debet correlatiuum: hoc autem non est Pater & Filius, quā Pater & Filius sunt, ed quid, quā Pater & Filius, sint duas res realiter inter se distinctæ, adinuicemque relatiuè opposita, non vero Spiritui sancto, nisi secundum rationem spirantis seu spiratoris utriusque communem, in qua sunt vnum, simplicissimum Spiritus sancti principium, ut Lugdunense & Florentinum Concilium definiunt. Neque video quis neget, aut negare possit, rationem illam Patri & Filio cōmutem, per quam Spiritui sancto, tamquam ab ipsis spirato relatiuè opponuntur. Hoc ita constituto petrovel ratio illa includit essentiam, vel non: non est dicendum eam non includere, quippe spirator non per relationem tamquam per principiū quo, sed intrinsecè per essentiam tamquam per principiū nostro intelligenti more remotius, & per voluntatem tamquam per principiū proximum spiret Spiritum sanctum: ergo essentiam includit. Et cum spiratoris ratio relatiuè sit Spiritui sancto relatiuè opposita, vtiq; adder relationem spirationis actiuae, ac proinde erit quipiam intrinsecè constitutum ex essentia & spiratione actiua, non secus ac Spiritus sanctus ex eadem essentia & spiratione passiva nostro intelligenti more est constitutus. Ratioque ipsa postulat, vt sicut vnum relationem diuinum, Spiritus sanctus scilicet, essentia includit & addit spirationem passiū, ita alterum eamdem essentiam includat, & addat spirationem actiuan. Vterius peto, vel ratio spiratoris, nostro intelligenti modo ita constituta, est vnu per se, vel vnum per accidens: non est affirmandum esse vnum per accidentes: tum quia in diuinis omnia sunt vnum simplicissimum, inter quæ non est oppositio relatiua, ut inter essentiam & spirationem actiuan non datur:

1. Cœli.
Spiratoris
ut per se &
subsistentia
ex essentia &
spiratione
actiua co-
stitutus.

ens autem per accidens appellari nequit vnum simplicissimum, imo neque vnum simpliciter, sed vnum cum addito, & secundum quid: tunc etiam quoniam cum Pater & Filius in se sint duas res realiter distinctæ adiunctorum relatiæ oppositæ, neque sit alia ratio formalis, in qua sint vnum principium Spiritus sancti, quam ratio spiratoris (sicut non est alia ratio, in qua tres persona diuina sint vnum principium creaturarum, quam ratio Dei, quam Deus est, in qua tres persona diuina sunt vnum) sancte si spiratoris ratio non esset vnum per se, sed per accidens, Pater & Filius non essent vnicum simplicissimum Spiritus sancti principium, sed vnum diuincitaxat per accidens, contra definitiones Ecclesiæ in Concilis Lugdunensi, & Florentino.

*Spirator est
vnum per se
subsistens.*

Est ergo ratio spiratoris vnum per se, constitutum ex essentiâ & spiratione actiua, ac proinde est quipiam subsistens: non quidem in ea acceptione, qua subsistens & suppositum idem sunt, sed in ea, qua diuinam essentiam dicimus esse quid subsistens, hoc est, existens independens à quocumque alio, cui quasi inexixit. Etenim, quod diuinam essentiam includit, subsistens hoc modo est: quare si spiratoris ratio essentiam diuinam includit, subsistens erit in acceptione, de qua loquimur. Possumusque idem confirmare, quoniam si per impossibile non esset in Deo ratio Patri & Filii, nec processio per intellectum, sed solum per voluntatem, non minus spirator actiua subsisteret sine Patre ac Filio, quam modo subsistat Spiritus sanctus.

Quo loco, antequam ad postremam conclusiōnis partem accedamus, obserua, cum quest. 29. art. 2, disput. 3, ostenderimus, relationes diuinæ, præcisè consideratas ab essentiâ, non subsistere, sed cum essentiâ constitutere quipiam subsistens peculiaria sua subsistencia, sancte si vocabulum *spirator*, aut *spirans*, solum esset concretum ab spiratione actiua præcisè considerata ab essentiâ, non significaret individuum subsistens Patri & Filio commune, sed de formaliter diceret solum relationem nequaquam subsistentem, supponereturque immediate jamquam pro subsistentibus, & immediate spirantibus, ut quod, pro Patri & Filio: unde hac propositio, *spirans spirat spiritum sanctum*, esset quasi per accidens, & quodammodo ut hæc, *albua (ostenso Petro) ambulat*: quia non *spirans*, quia *spirans*, sed *Pater & Filius*, quibus superuenit relatio spirantis, & pro quibus nomen *spirans*, tamquam pro spiratoribus, ut quod, supponeret immediatè spirarent spiritum sanctum, idque non per spirationem ipsam actiua tamquam per principium quo, sed per essentiam & voluntatem, intrinsecas quidem Patri & Filio, non vero spiranti, quatenus spirans est. Quocirca non sat videtur, quia nam ratione Pater & Filius dici possunt vnicum principium spirans, ut quod spiritum sanctum, ut Ecclesia dici ac esse definit, si non dicatur nomen, *spirans*, significare immediate quipiam in sua ratione formaliter simul essentiam ac spirationem adiutam, in quo Pater & Filius sint vnicum principiu quod Spiritus sancti, licet in se sint plures res & plura supposita, quorum quodvis, quatenus cum altero in illa ratione formaliter conuenit, spiritum sanctum spirat.

Osterritia etiam, quosdam ex iis, quibus cum diputavimus, assereret, essentiam esse de intrinsecâ ratione, cuiusque relationis diuinæ, eaque de causa singulas relationes diuinæ subsistere: data autem ea opinione, nescio quo pacto defendere possint, singulas personas diuinæ nostro intelligendi more constitui ex essentiâ & relatione, spiratorem, vero non

A item. Præterea non video, qua ratione defendere valeant, relationem spirationis actiua non esse subsistentem, formaliterque spiratoris non esse quipiam subsistens, ut quidam eorum defendere videntur.

Denique in postrema cœclusionis parte diximus, rationem spiratoris, seu spirantis, esse individuum quoddam, & non personam, eò quod Patri & Filio sit communis. Et quidem quod nec persona, nec

*Spirator non
persona, sed
individuum
commune Pa-
tri & Filii.*

suppositum sit, omnes concedunt, neque sine aper-
to errore posset negari: quandoquidem de ratione suppositi, ac persona sit esse quipiam incommuni-
cabile: ratio autem spiratoris communis sit per iden-
titatem realem ac formalem Patri & Filio: quippe
cum Pater spirator sit Spiritus sancti, & Filius simi-
liter. Quod vero individuum sit, video negari à

B quibusdam ex contraria sententia autoribus: sed
nescio qua probabilitate specie, nisi pro eodem vir-
tute individuum & suppositum, ac similiter negat,
essentiam diuinam esse individuum quoddam propter
communicabilitatem realem qua absque villa
sui diuisione communis est tribus personis diuinis,
qua communitas licet rationem suppositi tollat,
non tamen individui simpliciter, ut communis Do-
ctorum sententia affirmat. Possumusque in hunc

C modum argumentari. De quacumque ratione for-
malis, sive illa diuina, increatae sit, sive creata, ver-
um est dicere, vel est diuisa in multa, vel non est
diuisa: si non sit diuisa, est individuum, quia diuisa
in se & diuisa à quocumque alio, quod in numero
secum ponat, idque sive simul sit natura communis
communitate reali absque villa sui diuisione, ut
sunt, essentia diuina, hic Deus, spirans, seu spirator,
sive non: vel est diuisa in multa, & tunc est natura
propriæ vniuersalis, communitate sola ratiois illis
multis communis, in quibus est diuisa, qualis est na-
tura humana cœparatione Socratis & Platonis: cum
ergo ratio spiratoris, seu spirantis, diuisa in multis
non sit: consequens est, ut individuum quoddam sit,
neque id aduersarij possint negare, sicut negare nō
possunt, spirationem actiua, in abstracto significa-
tam, esse individuum relationis diuinæ. Quod au-
tem in controversiam vocati potest, solum est, an
cum spirationis ratio individuum sit reali com-
munitate minùs latè patens, quam essentia diuina:
eò quod commune solum sit Patri & Filio, essentia
vero communis etiā sit Spiritui sancto: an, inquam,
sit individuum intrinsecè includens essentiam, ad-
dēisque relationem spirationis actiua per quam

D B essentia quodammodo restringatur, ita ut spirans
individuum sit relativum sub Deo essentia liter col-
locarum Spiritui sancto, cui relatiæ opponitur,
contra diuism, sicut etiam Spiritus sanctus individuum
est sub Deo essentia liter collocatum, & spi-
ranti cui relatiæ opponitur, atque adeo Patri &
Filio quibus spiratis ratio conuenit, contra diuism:
an vero sit individuum dicens solum de formaliter
relationem spirationis præcisè significare ab es-
sentiâ, ita ut spirans essentia liter & intrinsecâ ratione sit
Deus, sed solum per identitatem realem ac forma-
lem, arque haec enunciatio, *spirans est Deus*, similis
quodammodo sit hinc, *rationale est animal*. Nos,
quod primo loco dictum est, verum putamus, id-
que credimus sufficiere probari iis, quæ à nobis
haecenius dicta sunt aduersarij autem secundum ve-
rum arbitrantur.

E Antequam secundam conclusionem subiciamus,
duiūdæ sunt duas obiectiones. Prima est, quæ quin-
to loco fuit à principio proposita, sed in hunc mo-
dum clarius confici potest. Relationes paternitatis
& filiationis, nostro intelligendi modo cum funda-

1. Obiectio.

Q. 4 mento

*Obiectio.**Ad primam obiectiōnēm.**Ad secundā.**Secunda conclusio.
Spirator in
essentia cum
Patre & Filio
est essentia diuina.**Prima pars ex
præcedente conclusione est no-*

mento in re, antecedunt spirationem actiūam: ed quod illæ sint habitudines eius, à quo aliis, & qui ab alio per intellectum, spiratio verò actiua & passiua sint habitudines eius à quo aliis & qui ab alio per voluntatem, & operatio voluntatis supponat operationem intellectus, ut artic. 2. disputat, ultima ostendimus: cùm ergo paternitas ante aduentum spirationis actiua constituit cum essentia vnum per se & filiatio similiter: efficitur plane, ut spiratio actiua cum eadem essentia non constituit vnum per se.

Secunda est, quando tres gradus metaphysici se habent ordine quodam, vt te habent viuenz, sensitum & rationale, sicut duo extremitati intermedio, ut rationale & viutens, non constituant vnum per se: quare cùm essentia, paternitas, & spiratio actiua eum inter se ordinem ferent in Patre, ut essentia praetelligatur paternitati, & paternitas spirationi actiuae, lequitur ex essentia & spiratione actiua non constitui vnum per se.

Ad primam harum obiectiōnēm concessa maiori, & minori, neganda est consequentia. Quemadmodum enim, quod paternitas & filiatio praetelligant aduenire essentiam: non tollit, quin spiratio passiuæ, quæ nostro intelligendi more aduenire intelligitur posterius eidem essentiæ, cum ea constituant Spiritum sanctum, qui est vnum per se: sic etiā illud idem non impedit, quominus ex spiratione actiua & essentiæ constitutur spirator, qui sit vnum per se. Etenim commune est diuinis relationibus, ut singula cum essentia constituant vnum per se, nihil impediens alia, quæ nostro intelligendi modo præaduenire intelligatur, constitueréque cum eadem essentia vnum per se. Prasertim cum ea relatio, quæ posterius aduenire intelligitur, immediatè sit vnum cum essentiæ, eidēque quasi coniungi intelligatur, & nō prius relationi, & per relationem essentiæ. Tamen si quia neque cum relatione, neque cum essentia habet oppositionem, cùm vtraque sit idem, arque vnum per se.

Ad secundam bene respondet Ochamus, minorē rem solum esse veram, quando gradus illi talem servant ordinem, ut tertius per secundum actuer, seu informet primum, ita videlicet, ut tertius sit actus immediatus secundi, & quasi medius primi: quia sicut locum non habent in essentiæ & relationibus diuinis, in quibus nihil habet rationem actus aut pars, etiam metaphysica, vel comparatione alterius, vel comparatione suppositi, in quibus sunt, sed essentia immediate est idem cum quacumque relatione, ut in solutione precedente dictum est.

Secunda conclusio. Spirator communicat in essentiæ diuina cum Patre & Filio: neque ratio spiratoris ita est de intrinseca ratione Patris & Filii, vt est essentia diuina, sed quia spiratio actiua nihil cum Patre & Filio pugnat, quin potius eam sibi efflagitatoris ratio ita sit, ratio spiratoris communis, est per identitatem ita intrinseca realem & formalem Patri & Filio, sicutque natura illa est ut eam sibi vendicari, et que vnum per se tam cum Patre, quam cum Filio, qui in ratione spiratoris sunt vnum, tamen inter se proprie muriam oppositionem, realiter suppositoque distinguantur.

Prima pars ex præcedente conclusione est notissima. Secunda autem ex eo probatur, quoniam cùm generatio diuina sit per intellectum, spiratio verò per voluntatem, prius nostro intelligendi more cum fundamento in te intelligitur advenire essentiæ relatio paternitatis, & filiationis, complexique intelliguntur rationes Patris & Filii, quām intelligatur advenire relatio spirationis actiuae & passiuae, complexique ratione spiratoris, & Spiritus sancti:

A ratio ergo spiratoris, seu spirantis, minùs est de intrinseca ratione Patris & Filii, quā tales sunt, quā sit essentia diuina. Etenim paternitas & filiatio quasi contrahunt & determinant ad esse Patris & Filii diuinatatem, quam præsupponunt, & idcirco Pater & Filius intrinsecè eam includunt: rationem verò spiratoris, spirationēme actiua, per quam ratio spiratoris completur, quia non præsupponunt, quin potius paternitas & filiatio ab ea in Patre & Filio præsupponuntur, numquam illam contrahunt ad esse Patris & Filii, quasi Pater & Filius intrinsecè eam includunt, sed solum sunt cum ea vnum re &

B rationes formalis, ed quod inter spiratoris rationem, & rationes Patris & Filii nulla sit oppositio. Arque ex his reliquo conclusionis partes sunt notissime, si hoc vnum addas. Quia Pater & Filius ante omnem actum voluntatis diuinae sibi vendicant essentiam diuinam, quam Pater Verbo per intellectum generatione aeterna communicat: essentia autem ita specieata secunda est in illis ut per voluntatem eis ipsi principium sit spirandi Spiritum sanctum: idcirco Patrem, & Filium supter natura sibi efflagitare relationem spiratoris, quæ ex natura rei idem sit cum prima & secunda persona adorandissima Trinitatis, ac proinde quid ipsi commune, in quo non minùs sunt vnum & idem, quam in diuina essentia. Illud obserua, licet aperte dicamus, rationem spiratoris esse vnum per se cum Patre & Filio per omnitudinem identitatem realē & formale cura vroque: inceptè tamen dici, constituere vnum per se cum Patre & Filio: ed quod non debet tertia ratio quæ intrinsecè includat rationem spiratoris & Patris ac Filii, quasi ex illis nostro intelligendi modo coalescens, eo pacto quo ex essentiæ & paternitate constitui, nostrōque intelligendi modo quasi coalesce re ratio Patris intelligitur.

Ad primum argumentum contrariae opinionis, *ad primam argumentum*, si intelligent id esse ponere in Deo quaternitatem rationum formalium virtute inter se distinguantur, neque tantum tres res, & tres rationes formales secundum rem, rationē inque formalem inter se distingue, concedendum id est, neque eam veritatem ipsi negant. Affirmant namque esse in Deo quatuor relationes reales, & tres tantum personas, atque vna essentiam ipsi communem, quæ neque numerum rationis, neque rationum formalium cum illis faciūt. Si vero intelligant, id esse ponere quaternitatem rerum, aut rationum formalium, quæ secundum rem, aut rationem formalem inter se distinguantur, nequidem est antecedens. Id vero solum est quod Concilium Lateranense capite *Damnamus*, de summa Trinitate & fide Catholica negar in Deo reperiri.

Ad secundum dicendum est, cùm tertium illud *ad secundum* constitutum sit idem secundum rem & rationem, formalem cum Patre & Filio, nec numerum sufficiunt cum Patre & Filio essi, quemadmodum neque hic Deus, in Patre & Filio & Spiritu sancto intrinsecè inclusus, eum ipsi ponit in numero sufficiunt, ut quæst. 29. artic. 2. disput. 3. ostendit, & in super eadem essentiæ & voluntas secunda ad productionem Spiritus sancti intrinsecè sit non minùs Patri & Filio, quam illi constitutæ non minùs de Patre & Filio, quam de eodem confundit vrum est, quod producere Spiritum sanctum, ut principium, quod, per essentiam & voluntatem secundam, quam habet, intrinsecam tamquam per principium quo. Ut enim Socrates immediate intelligit ut quod, & anima in eo inclusa (ed quod subsistit) intelligit etiam ut quod: ita multo magis tam Pater & Filius, quam etiam illud constitutum, quod

quod cum Patre & Filio est magis unum, quam Solerates cum sua anima, neque illa ratione ponit in numero cum illis, dicendi sunt producere immediate Spiritum sanctum, ut id quod producit.

Ad tertium. Ad tertium neganda est sequela: immediate namque procedit Spiritus sanctus, ut à principio quod, à Pater, & immediatè à Filio, ac immediatè ab illo constituto, qua in ratione principij quod Spiritus sancti, non sunt plura principia, sed unum tantum, ut ex sequentibus magis perspicuum fiet.

Ad quartum. Ad quartum ita est respondendum. Sicut Scriptura dum affirmat Spiritum sanctum procedere à Pater non negat procedere etiam à Filiis, ita neque negat procedere à constituto illo, in quod Pater & Filius, in ratione principij Spiritus sancti, sunt unus. Eodemque pacto quemadmodum dum affirmat Spiritum sanctum esse Spiritum Filii, non negat esse etiam Spiritum Patris: sic non negat esse Spiritum eiusdem constitutum.

Ad quintum. Quinto arguento satisfecimus respondendo ad obiectiones ante secundam conclusionem.

Ad sextum. Ad sextum dicendum est, esse individuum contentum essentialiter sub natura diuina, seu sub Deo, quia Deus est, & contra diunum seu distinctum, ac relativè oppositus Spiritui sancto: at verò esse commune per identitatem realem & formalem Patri & Filio, virtute solum ab eis distinctum: ut hæc omnia latè ostensa sunt. Cùm verò aduersarij negare non possint esse individuum, illis explicandum erit, cuius natura, iuxta ipsorum opinionem, sit individuum.

Ad septimum. Ad septimum, concessio antecedente de communitate per identitatem realem & formalem absque inclusione unius in alio, ut explicatum est, neganda est consequentia. Quod enim commune est multis, que non sunt multa secundum idem, sed secundum aliud nomen, seu (quod idem est) quod commune est multis communitate reali, eo pacto, quo essentia diuina communis est tribus personis diuinis, utique absque sui divisione est illis communne, arque adeò communitas illa rationem indiuidui non tollit, ut hoc in Deo comparatione trium personarum diuinarum est manifestum.

D I S P U T A T I O I I I .

Aliquot regule, quibus propositiones aliquæ Catholice in hac materia innituntur.

*Responsum ab
fratella in di-
uisis nō sup-
ponatur pro
suppositis.*

SVNT adhuc nonnulla adnotanda. Primum est, quemadmodum nomina essentialia in abstracto, ut Deitas, essentia diuina, aeternitas, & cetera, propter modum significandi in abstracto, non supponunt pro suppositis diuinis, eaque ratione actus notionales, ut generare, generari, spirare, spirari, qui suppositis conueniunt, ratione suppositorum non verificantur de natura diuina in abstracto significata, ut ex Concilio Lateranensi cap. Dannamus, de summa Trinitate, & fide Catholica constat: ita etiam nomina abstracta, spiratio activa, & vis spirativa, propter eundem modum significandi, non supponere pro suppositis Patris & Filii, in quibus spiratio activa, utique ad spirandum reperiuntur, & cum quibus sunt idem. At verò, quemadmodum nomina substantia concreta essentialia, ut Deus, & hic Deus, propter modum significandi in concreto non solam pro natura singulari diuina substantiente, quam solam significant de formali, sed etiam pro suppositis, quibus etiam conuenit habere Deitatem, eisque per eam Deum, tamquam id

*Substantia sub-
stantia con-
creta essentialia
in suppositis
nō solam pro
natura diuina
substantia
sed etiam
pro suppos-
tis.*

A quod est Deus, eaque ratione actus notionales, qui proprii sunt suppositorum, verificantur de Deo, & de hoc Deo, dicimus namque: *Deus generans, Deus spirans, Deus generatur, Deus spiratur;* hic etiam nomina haec substantia concreta, principium *Spiritus sancti*, & *spirator*, proper modum significandi in concreto, supponunt, tum pro spiratore aetiuè, qui, ut ostendimus, est individuum substantiens Patri & Filio commune, & quem solum nomina illa immediatè ac simpliciter significant, sed etiam pro suppositis Patris & Filii, quibus conuenit ratio spiratoris, principiūque Spiritus sancti, ac proinde produce spirare, ut quod, Spiritum sanctum.

B Secundum est, esse hoc maximè adnotandum discrimen, inter nomen concretum substantium significans naturam vniuersalem communem multis, in quibus dividitur, & multiplicatur, ac proinde comparatione quorum est vniuersalis, & nomen

*Dicitur no-
tandum circa
significationē
concretorum
nominiū sub-
stantiarū.*

substantium concretum significans naturam rationemque formalem communem multis, in quibus non dividitur, nec multiplicatur, sed tota est in singulis, & tota in omnibus (qua fuit nomina, Deus, & hic Deus, comparatione totius gloriosissime Trinitatis, spirator, & principium Spiritus sancti, comparatione Patris & Filii, qualia etiam essent nomina, hic homo, comparatione trium suppositorum diuinorum, & hoc album, comparatione trium subiectorum, si eadem humana natura assumpta simul fuisset a tribus suppositis diuinis & idem numero candor diuinæ virtute inherereret simul tribus subiectis.) Illud, inquam, esse maximè notandum discrimen, quod nonen concretum substantium significans naturam vniuersalem communem multis, in quibus dividitur, supponit pro illis multis diuisu. Quod si superueniat signum vniuersale, seu distributiu, ut in hac, *omnis equus currit*, supponit pro illis copulatiu. Vnde sensus eius propositionis est, & hic equus currit, & hic, & ita de ceteris sub equo in commune contentis. Quod si nullum signum superueniat, sed proposicio sit inde finita, vel superueniat signum particulare, supponit pro illis diuisu. Quare sensus harum propositionum, *equus, aut alius equus currit*, est, vel hic equus currit, vel ille, vel alijs de ceteris, quos equus communis complexus suo continet. Vnde efficitur, ut quando propositiones inde finita sunt, aut particulates, tam ea que affirmat, quam ea quae negat, esse possint simul vera, ratione diuersorum, pro quibus subiectum supponit, eaque ratione inter eas esse nequeat contradictione, sed solum subcontraria oppositio.

C Quando verò nomen substantium concretum significat naturam, seu rationem formalem communem multis in quibus non dividitur, sed tota est in singulis, & in omnibus, tunc pro omnibus, quibus illa conuenit, & quæ per eam sunt talia, ut quod, supponit vniqua suppositione, quatenus sunt unum in partici patione illius natura, aut rationis formalis minimè in eis diuise, est in seipso. Secundum suas proprias & peculiares rationes formales, sunt multa. Quemadmodum enim, licet lapides & ligna, ex quibus constat domus, in se sunt multa secundum suas proprias rationes formales, in ratione tamen domus non sunt multa, sed una domus, propter viam tantum formæ domus, quam illa omnia participant, pro illisque omnibus vniqa suppositione supponit vocabulum concretum ac substantium domus: ita etiam licet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, secundum suas proprias rationes formales sunt multæ res, multa supposita, seu personæ: in ratione tamen Dei, sunt vnius tantum Deus, pro illisque omnibus

omnibus (vñā cum individuo substantiæ naturæ diuinæ illis omnibus communis) supponit vocabulum concretum ac substantiæ. Deus autem hic Deus, vñica suppositione, id est, neque copulatiæ, neque disiunctiæ pro singulis, quibus conuenit, ut sit Deus, aut hic Deus, sed indistinctæ pro eo cui conuenit, ut sit Deus, aut hic Deus, quod in ratione Dei est vnum quid, & non multa, esto secundum proprias ac peculiares alias rationes formales aliis nominibus significatas sit multa. Ut enim nomina concreta substantiæ dicantur pluraliter, necesse est non solum pluralitas suppositorum, quibus significatum formale talis nominis conueniat, pro quibus nomen supponat, sed etiam significati formalis, penes quod etiam illa vnum, aut multa, in ratione nomine illo formaliter significata, iudicanda sunt, ut cum. Scote paulo ante explicauimus, affirmatque hoc loco D. Thomas, & alias sape. Porro eiusmodi nomina supponere indistinctæ, ac iuxta sensum explicatum vñica suppositione pro omnibus, quibus conuenit, ut quod, ratio formalis per tale nomen significata, appellat D. Thomas hoc loco in responsione ad quartum, suppositionem confusam. Longè aliter de suppositione cōfusa loquens, quā loquantur illi, qui ad suū arbitratum summularum artem in multis excogitarunt, nec philosophiam solum, sed & sacram Theologiam sophismatis, namque viro sapiente indignis infecerunt.

Quia ergo eiusmodi nomina quasi vñica suppositione, iuxta modum explicatum, supponunt pro omnibus, quibus ratio formalis per nomen significata conuenit, ut quod, inde est, ut si vniuersali signo afficiantur, non distribuantur pro his, pro quibus supponunt (quæ alias sunt multa secundum rationem formalem per aliud nomen significatam) quin potius cum eiusmodi nomina significant de formaliter singulares, perinde est signo vniuersali, D aut particulari ea afficeret, ac si quocumque aliud nomen singulare simili signo notaretur. Quare perinde est dicere, Deus, aut hic Deus generat, ac dicere omnis Deus generat: cum enim sit vnum tantum Deus, sicut si hic generat, omnis Deus generat, licet non generet quod omne suppositum, cui conuenit esse Deum, sed solum quod suppositum Patris: perinde etiam est dicere, Deus, aut hic Deus non generat, ac dicere, nullus Deus generat: quia similiter, cum sit vnum tantum Deus, si hic vnum non generat, nullus omnino generat.

Hinc intelliges, propositiones, in quibus eiusmodi nomina apponuntur à parte subiecti, non minus esse singulares, quā si non haberent plura supposita, pro quibus supponerent. Preterea quando aliquid negatur à tali subiecto, negari ab omnibus, pro quibus supponit: ed quid quasi vñica suppositione indistinctæ, minimè diuisiæ pro illis supponat. Etenim sensus huius propositionis, hec dominus non est cedrina, est hic: hec domus secundum nullam sui partem (qua sufficiat, ut ex ea totum denominetur) est cedrina: ed quid subiectum, cum sit singulare, supponat vñica suppositione pro omnibus suis partibus, eaque ratione de subiecto, quo ad omnes suas partes censemur negari prædicatum, ac proinde licet, ut verè dicas hanc domum esse cedrinam, satis sit, ut secundum rectum sit talis, esto secundum alias partes id non habeat: nihilominus, ut vere negemus: illam esse cedrinam, requiritur ut secundum nullam sui partem talis sit. Similiter ergo sensus huius propositionis, Deus non generat, est hic: Deus secundum nihil eorum, aut ratione nullius eorum, pro quibus supponit, generat, quod est

A falso: quippe cùm ratione Patris conueniat illi generare, licet ratione Filii, aut Spiritus sancti minime id ei conueniat.

Ex dictis intelliges facile quæ sequuntur. Primum est, non minus cerni contradictionem inter propositiones affirmantes & negantes, in quibus à parte subiecti ponitur aliquod eiusmodi nō habens plura supposita, pro quibus ita indistinctæ, vñicæ suppositione supponat, quā inter qualcumque alias propositiones de subiecta singulari. Quare, ut recte affirmant D. Thomas, Caietanus & Bartholomæus Torres infra quæst. 39. artic. 4. Richardus, D. Bonaventura & Capreolus in 4. dist. 4. Sotus 5. lib. summularium, cap. 2. lœct. 4. & plerique alii, ha sunt contradictores: Deus generat, Deus non generat: affirmansque est vera, ed quid ratione suppositi Patris conueniat Deus generare: ea vera, que negat est falsa, quoniam ut explicatum est, sensus illius est, ratione nullius eorum pro quibus nomen, Deus, supponit, conuenit Deo generare.

Quid si quis ita argumentetur: Filius non generat: Filius est Deus: ergo Deus non generat: neganda illi erit consequentia. Virtute namque est argumentum à non distributo ad distributum ex parte minoris extremi: Deus enim in minori non distribuit, ed quid enunciatio affirmans sit: in conclusione vero virtute distribuitur: quoniam, ut ex dictis patet, sensus illius est, Deo ratione nullius eorum, pro quibus supponit, conuenit generare.

Reiicienda est ergo sententia Durandi, Gabrieли, & Gregorij in 1. dist. 4. afferentium, duas illas propositiones non esse contradicentes, sed subcontrarias, esseque vtramque in rigore ac simplicitate veram: propter hereticos vero, negantem non concedi à sanctis, ne errandi occasio tribuerat simplicibus, arbitrandique esse plures Deos, de quorum altero affirmetur generare Filium, de altero vero id negetur. Sanè si sancti arbitrii fuissent propositiones illam negantem simpliciter, & in rigore esse veram, numquam id negalent, sed diffinxissent, explicaverint, in quo sensu eius veritatem agnoscerent: satisque infirma est responso, dum alterius Patres ad tollendam occasionem erroris, negasse id verum esse, quod in se verum est. Id namque potius est erroris occasionem præberé Catholicis, quā cam auferre. Præterea ansam hereticis preberent insultandi in Catholicos, cum faciliter offendere possent id verum esse, quod re vera est tale, Catholicos, qui verum esse negarent. Addit, propositiones has, Deus non generat, Deus non est Pater, Deus non est Filius, & similes, quas autores citati censent simpliciter, & in rigore veras esse, statim se offerre naturali lumini intellectus ut falsas: satisque efficitur in causa inquirere, quare falsæ sint, talesque à sanctis reputantur, nempe, quia subiectum est singulare, indistinctæ, & quasi vñica suppositione supponit pro omnibus, pro quibus supponit, quā leuissimo argumeto, quid affirmatio & negatio p̄ se dicari diuersis suppositis subiecti conueniat, affirmare vtrumque verè tribui subiecto singulari, in quo supposita illa sunt vnum numero, & nō plura.

Secundum est, non enim, Deus, aut hic Deus, semper comparatione prædicari, quod non est secunda intentio, supponere indistinctæ, & quasi vñica suppositione pro omnibus, pro quibus est natura supponere, nempe pro individuo cōmunicabili & substantiæ naturæ diuina, pro spiratore actiue, quod itidem individuum est communicabile ac subiectens, & pro tribus suppositis diuinis: tametsi non semper prædicatum verificetur de eo ratione omnium,

Contradic
enunciatio
num in te
minis dia
na.

Obiectio.

Dilectionis.

Dicenti
brilia, q
Gregorij
teua nra
cine.

Nom. Dio
quoniam Q
pro sp̄ciale
suppositis

nium, pro quibus supponit, sed interdum ratione alie-
ni, aut aliquorum dumtaxat. Verbi gratia, sub-
iectum huius propositionis, *Dens creat*, supponit in-
distinctè pro omnibus, qua numerata sunt, omni-
busque & singulis conuenient creare ratione natura-
diuina, quam omnia, & singula includunt. Subiec-
tum etiam huius, *Dens generat*, pro eisdem omnibus
indistinctè, & quasi vniqa suppositione simili-
modo, supponit: prædicatum tamen non verificatur
de subiecto ratione omnium, pro quibus supponit,
sed solum ratione Patris. Aliud namque est in pro-
positionibus id, pro quo termini supponunt, &
aliud id, ratione cuius vnu terminus verè tribui-
tur alteri. Si enim dicas, *quidam homo currit*, subiec-
tum supponit disjunctè pro omnibus homini-
bus: at si solus Socrates currit, prædicatum verifi-
catur de subiecto ratione solius Socratis, esto pro
alii etiam hominibus sub disjunctione cum Socrate
supponat, & æquè ratione aliorum hominum, si
currerent, posset prædicatum eiusdem propositionis
verificari de subiecto. Subiectum item huius,
Dens non generat, simili modo pro eisdem omnibus
supponit: sed quia, ut explicauimus, negatio in pro-
positione singulari, denotat prædicatum remoueri
a subiecto, quicad omnia, pro quibus indistinctè
supponit, propositione est fallax: quod ratione persona
Patris & Filii, quibus solis contente spirare. Huius
quoque propositionis subiectum: *Dens est sanctissima
Trinitas*, supponit pro eisdem omnibus indistinctè,
prædicatum autem verificatur de subiecto ratione
individui cōmunicabilis ac subsistens nature di-
uina in concreto, cui conuenit, vt sit tres persona
diuina simul, & vnaquaque earum sigillatim: sicut
etiam idem prædicatum verificatur de natura diuina
abstractè significata, vt ex capite *Damnamus*, de
summa Trinitate & fide Catholica constat. Non au-
tem verificatur de spiratore actiù, nec de singulis
suppositis diuinis, pro quibus vocabulum *Dens* sup-
ponit. Quod dictum est de his propositionibus in
exemplum adductis, dicendum etiam est de qua-
cumque alia, in qua prædicatum, quod non sit se-
cunda intentio, tributatur Deo.

Contrarium huius nostra determinationis affir-
mant multi ex discipulis D. Thomas cum eodem
Doctore sancto, infra quæst. 39. artic. 4. arbitrantes
vocabulum, *Dens*, aliter ac aliter supponere in pro-
positionibus in exemplum adductis. Ego tamen fa-
cis credo ex iis, que diximus, esse apertum, licet in
eis non ratione eorumdem prædicatum verificetur
de subiecto, supponere tamen semper eodem modo
& pro eisdem, vt in aliis vocabulis rerum crea-
turarum, de quibus ratione diuerorum, pro quibus
supponit, varia prædicta verè affirmantur, vnu
cuenire solet.

Illud tamen est notandum, diuerso modo nomen
significans totum integratum ex partibus, suppone-
re vniqa suppositione pro omnibus partibus, ex
quibus tale totum coalescit, vt nomen, *domus*, pro
omnibus partibus ex quibus domus conformat: & di-
uersò nomen, *Dens*, aut *hic Deus*, pro omnibus, pro
quibus illud supponere diximus. Nomen namque
significans totum integratum, quasi collectiū sup-
ponit pro omnibus illis vniqa suppositione tamquā
pro rebus contentis in toto, pro quo vniqa suppo-
sitione supponit: at verè nomen, *Dens*, supponit

A indistinctè pro habente Deitatem, pro tōve cui
conuenit, vt sit Deus, vt quod, & quia, id est, natura
ipsa diuina, *Dens*, singula supposta diuina, & omnia
aut plura simul, pro his omnibus in hoc sensu
supponit quasi vniqa suppositione, quod supponit
pro illis indistinctè: verum non in eo sensu diuisi-
us, quasi ratio per nomen, *Dens*, formaliter signifi-
cata in eis diuidatur; illavē sunt multa secundum ra-
tionem nomine significata.

Quæ dicta sunt de vocabulo, *Dens*, dicēda etiam
sunt de vocabulis, *principium Spiritus sancti*, *spira-
tor*, & *spirans*, si in terminazione neutra, lunauntur
substantiæ. Supponunt enim indistinctè, vnicavè
suppositione pro constituto ex essentia diuina, &
spiratione actiua, quod individuum est subsistens
Parti & Filio commune, & pro Patre & Filio, siue
sigillatim, siue simul spectentur: codicimque modo
censendum est de oppositione enunciationum af-
firmantium & negantium, in quibus nominis illa
apponuntur à parte subiecti.

Idem dicendum est de vocabulo, *hic homo*, si sup-
ponas tres personas diuinas singulas immediatè al-
sumpsisse eandem naturam humanam, ostendatur
que homo ille, qui ex ea assumptione resultavit.
Tunc enim vocabulum, *hic homo*, indistinctè immediatè
supponeret, pro tribus suppositis diuinis: tum simul, quatenus in ratione hominis esset vnu
tantum homo, eo quod formale significatum no-
minis substantiæ, *homo*, in eis non diuidetur: tum
etiam sigillatim, quatenus vnumquodque supposi-
torum diuinorum esset ille homo. Ex hypothesi ve-
rō, quod natura diuina immediatè assumptissit na-
turam illam humanam: nomen illud supponeret
immediatè pro individuo subsistente natura diuina,
cui conueniret, vt esset ille homo immediatè
& mediatè supponeret pro tribus suppositis diuini-
nis quibus ratione naturæ conueniret, vt essent ille
idem homo.

Idem quoque dicendum est de vocabulo, *hoc
album*, facta hypothesi, quod idem numero candor
diuina virtute sit in tribus subiectis. Tunc namque
vocabulum, *hoc album*, supponeret immediatè tum
pro tribus illis subiectis, quatenus, in ratione albi,
essent illud vnu album: eo quod significatum for-
male albi in eis minimè diuidetur: ad pluralitatē
verò concreti substantiæ necessaria sit pluralitas si-
gnificati formalis: tum etiam pro vnoquoque eo-
rum, quatenus, cum participaret totum significa-
tum formale, esset illud nūl album.

Quoniam verò concretum substantium in hoc
differt ab adiectivo, quod substantiū supponit
pro eo quod tale, vt quod, existit, eaque ratione
substantiū potest reddere suppositum verbo, &
esse subiectum in enunciatione: adiectiū verò
solum, denotat adiacentiam significati formalis ali-
cuī alteri, quod eo afficiatur, eaque ratione non po-
test reddere suppositum verbo, deficitque à perfe-
ctissima ratione nominis ab Aristotele 1. de inter-
pretatione, cap. 2. definita, vt ibidem notatur: inde
est, quod si vel tria supposita diuina immediatè af-
ficiant eandem naturam humanam, vel idem candor
diuina virtute vniatur tribus subiectis, non di-
camus nomina, *hic homo*, & *hoc album*, supponere
immediatè pro aliis individuo communis tribus
suppositis diuinis, aut tribus subiectis albis, eo quod
nihil subsistens detur communis tribus diuinis sup-
positis, aut tribus illis subiectis, quod immediatè sit
homo, aut album, vt quod quandoquidem significa-
tum formale illorum nominum, nempe humanitas
assumpta, aut candor, subsistens non sint, neque
vniantur.

vniuersitatem immediatè alicui subsistenti, quod tribus illis suppositis, aut subiectis sit commune. Dicimus ergo nomina illa immediatè significare individuum quoddam essentialiter contentum sub homine in commune, aut sub alio in commune, quod nihil sub se continet essentialiter, sed formale illius accidentario (ut distinguitur contra esseentialie) conuenit tribus suppositis diuinis, aut tribus subiectis: at verò eadem nomina supponere immediatè, tamquam pro eo quod est tale, ut quod pro tribus suppositis diuinis, ut sunt vnum quid in ratione hominis, aut pro tribus subiectis, ut sunt vnum quid in ratione alii. Hinc intelliges, quod si tres persona diuinæ assumerent eamdem naturam humanam, singularis homo, qui ex ea vniione resultaret, esset quidem individuum sub homine in commune essentialiter contentum, nullam tamen personam sub se essentialiter contineret (cum tamen essentia diuinæ tres personas diuinæ sub se essentialiter continet, qua proinde persona sunt naturæ diuinæ) nec tamen esset in se persona aut suppositum: quoniam ad rationem suppositi ac persona necessarium est, ut neque accidentaliter, ut distinguitur contra essentialiter, sit communicatum multis: individuum autem illud accidentaria (id est, non essentiali) prædicatione diceretur de Patre, Filio, & Spiritu sancto.

DISPUTATIO IV.

Examinatur, an limitationes quadam admittende sint circa regulam traditam.

Liquitatio re- **S**unt qui regulam substantiiorum & adiectiugis subiectarum: nempe, quod ut adiectuum dicatur pluralitas substantiiorum & liter, satis sit pluralitas suppositorum, quibus tribui-
et nonnullus addita.

fur, ut verò substantium concretum dicatur pluraliter necessaria sit pluralitas tam suppositorum quam significati formalis: consequent limitandam esse, ut intelligatur, quando significatum formale substantium est de intrinseca ratione suppositorum: sequitur autem quando non est de intrinseca ratione. Tunc enim, inquit, facta est pluralitas suppositorum, ut tale nomen substantium dicatur de eis pluraliter, eto significatum formale illius sit idem numero in illis omnibus. Vnde quia natura diuina est de intrinseca ratione Patris, Filii, & Spiritus sancti, tres persona diuina non sunt tres Dei, sed unus Deus. Quia verò, si tres persona diuina assumerent eamdem humanitatem, humanitas illa non esset intrinseca ratione Patris, Filii, & Spiritus sancti, tres persona diuina non essent unus homo, sed essent tres homines, habentes singuli ut essent homines formaliter per eamdem numero humanitatem. Eodem modo, si diuina virtute idem candor inesse tribus subiectis, quia candor ille non includeretur in essentia subiectorum, tria illa subiecta essent tria alba, habentia singula esse albi formaliter ab eodem numero candore.

Datam limitationem quidam ex Salmanticensibus in ea regula censem ponendam, de quorum numero est Bartholomeus Medina in Commentariis in tertia partem, quæst. 3, artic. 7, in eademque sententia videtur esse Sotus, 2, lib. Summularum, cap. 14, lecit. 1, notab. 6, tamen si anceps sit, an limitanda potius regula si eo modo, quo statim referemus Bartholomeum Torres censere restringenda. Multi accedunt alii, qui affirmant, si tres persona diuina assumerent eamdem naturam humanam, fore tres

A homines, & non vnum tantum, ut Marsilius in 3, q. 2, artic. 3, Gabriel & Almainus in eodem 3, dist. 1, quæst. 1, & Cajetanus 3, par. q. 3, artic. 6.

Richardus etiam in 3, dist. 1, quæst. 4, refert quendam sententiam, qui dicebant, ea hypothesis data, quamvis vnaquaque persona diuina esset homo, omnes tamen tres neque dicendas plures homines, propter identitatem naturæ humanae, neque vnum hominem, propter pluralitatem suppositorum: quam sententiam non improbat, refert tamen, ut quæ probabilem sententiam eorum, qui asseuerant dicendas esse vnum tantum hominem.

B Durandus quoque eadem distin. quæst. 3, in responsione ad vniuersum, licet dicat, nec propriè tunc dicendas esse plures homines, nec vnum tantum, addit tamen, potius esse dicendas vnum hominem, quā plures: sicut simpliciter dicuntur vnum Deus, & non plures, propter identitatem naturæ diuinae. Ceterum quia tunc eis esse hominis conuenire: & quia, ut Durandus ipse, & Scotus eadem distinet, & quæst. notant, non datur medium inter esse vnum & plura, merito reliqui Doctores ab his dissentunt, è quibus nonnulli affirmant simpliciter esse dicendas vnum tantum hominem: alij, verò simpliciter esse plures. Qui affirmant dicendas esse plures homines, affirman etiam tria subiecta affecta diuina virtute eodem numero cahdore, appellanda esse plura alba. Imò plerique eorum inde conficiunt argumentum, ut probent, tres personas diuinæ affuentes eamdem humanitatem appellandas plures homines.

Bartholomeus Torres infra quæst. 39, artic. 3, aliter censet limitationem regulam illam substantiiorum, nempe ut locum non habeat, quando substantium concretum de formalis significare accidens: ut verò habeat vniuersum locum in substantiis, que de formalis significant substantiam. Vnde si tres, inquit, persona diuina assumerent eamdem numero humanitatem, erunt vnum tantum homines: si verò Deus sua omnipotenti eundem candorem, aut eamdem numero atem collocet in tribus hominibus, erunt tria alba, & tres artifices, non verò vnum tantum album, aut vnum artifex.

Reguli predictam, in aliis locis, & alia sententia, quæ significant substantiam concretam, ex quibus cum Scoti cam deduximus, id certe demonstrant: vniuersimque & absque vla distinctione aut limitatione eam ponit D. Thomas hoc loco, & quæst. 39, artic. 3, & alias lèpe: & propter eam 3, par. quæst. 3, artic. 6, in responsione ad primum ait: ex hypothesi,

quod tres persone diuinae assumerent eamdem humanitatem, futuras vnum tantum hominem, & non plures. Idemque sententia Scotus loco citato, & plerique antiquorum. Possumusque confirmare regulam illam esse vniuersum veram. Primo, quoniam tres persone diuinae non sunt tres Domini, sed unus Dominus, ut ex symbolo Athanasij constat: sed non enim, Dominus, non significat de formalis quippiam intrinsecum & essentialie personis diuinis, sed re-

F spectum rationis, qui accidentaliter, ex temporeque de illis verè affirmatur: ergo regula illa est vera etiam quando nomen significat quid accidentarium, minimeque substantiale suppositum. Secundo, quoniam ratio spiratoris, principiū Spiritus sancti, non est de intrinseca ratione Patris & Filii, quia Pater & Filius sunt: siquidem relatio spirationis actus intelligitur advenire Patri & Filio post paternitatem & filiationem, ut supra ostendimus: sed Pater & Filius sunt unus spirator, vnicumque principium Spiritus

Spiritus sancti, ut Concilium Lugdunense & Florentinum definiunt: ergo regula illa est vera, etiam quando nomen substantium de formalis significat, id quod non est de intrinseca ratione suppositorum. Tertiò si natura divina immediatè assumeret naturam humanam, tres personæ diuinae essent unus numero homo: quia essent ille unus numero Deus, qui primò & immediatè assumeret naturam humanam, quique esset unus numero homo, tamquam unum numero subsistens in natura humana: sed adhuc significatum formale nominis substantii, homo, aut, hic homo, non esset de intrinseca ratione diuinorum personarum: ergo regula est vera, etiam quando nomine substantium significat de formalis id, quod non est intrinsecum suppositis, de quibus dicitur. Quartò, aduersus limitationem Bartholomei Torres, in quam Scotus etiam propendet, licet argumentationem hunc modū. Quia quando significatum formale non est quid subsistens, diciturque accidentaliter, ut distinguitur contra essentialiter, de multis suppositis, extra quoru[m] essentialia proinde est, impertinet sanè est, ut nomen de illis in plurali vel in singulati dicatur, quod tale formale substantia sit, vel accidens, nec ullam, non dicam legitimam sed ne quidem apparentem possunt redere rationem, quare, si accidens sit, non dicatur de illis in singulari, si vero sit substantia, dicatur: ergo nullam probabilitatem limitatio illa continet.

*Molines quidam modus predictam regulam limitandi cum specie probabilitatis nobis occurrit, quem sequenti propositione declaramus. Quando nomen concretum singulare de formalis significat unum quid subsistens, aut supponit immediatè pro aliquo uno subsistente, quod commune sit multis suppositis, dicitur in singulari de illis: quando vero, nec significat de formalis quid subsistens, nec supponit immediatè pro subsistente communem, tria talibus suppositis, non dicitur de illis in singulari, sed solum in plurali. Vnde quia nomen, *Deus*, de formalis significat naturam diuinam subsistentem tribus diuinis suppositis communem, tres personæ diuinae dicuntur, non tres *Dii*, sed unus *Deus*. Quia etiam nomina, spirator, principium *Spiritus sancti*, formaliter significant individuum subsistens Patris & Filio commune, ut supra ostendimus, non dicuntur Pater & Filius plures spiratores, plurae principia *Spiritus sancti*, sed unus spirator, unumque ipsius principium. Quia item nomen, *Dominus*, licet de formalis non significet quid subsistens, supponit tamen immediatè pro natura diuina, sive pro hoc Deo, individuo subsistente, tribusque suppositis communis, tria diuina supposita non dicuntur tres *Domi[ni]*, sed unus *Domi[nus]*. Quia denique si natura diuina primò & immediatè assumeret eandem humanitatem, nomen, *hic homo*, dicitur de eo homine, qui ex ea vnione existaret, licet non significaret de formalis quippiam subsistens, supponeret tamen immediatè pro hoc Deo subsistente, tribusque diuina suppositis communis, tres persona diuina dicerentur unus numero homo, & non multi homines. At vero si tres personæ diuinae immediatè assumerent eandem humanitatem, vel idem candor diuina virtute in hæretet tribus subiectis quia nomina, *homo*, &, *albus*, nec de formalis significarent quippiam subsistens, nec immediatè supponerent pro aliquo uno subsistente, quod commune esset ceteris, non dicerentur in singulari de tribus suppositis, aut subiectis, quasi tria supposita diuina essent unus homo, aut tria illa subiecta essent unum album, sed dicerentur in plurali.*

Posset vero reddi haec apprensio ratio utriusque

Molina in D. Thom.

A partis regula. Quoniam cum concretum substantium supponat pro tali subsistente, hoc est, cui significatum formale talis concreti conuenit tamquam ei quod est tale, ut quod ideoque substantium reddere possit suppositū verbo, adiectiu[m] non item, efficitur ut, quando concretum substantium de formalis significat quid subsistens commune multis suppositis, vel immediatè supponit pro subsistente communi multis suppositis, cum de illo dicatur in singulari tale nomen substantium & supposita sint illud unum subsistens ipsis commune, idem quoque nomen substantium, ratione illius, dicatur etiam in singulari de eisdem suppositis. Quādo vero nihil datur subsistens, quod & si tale secundum significatum formale nominis substantii, & sit commune suppositis, sed unumquodque suppositorum immediatè sortitur significatum formale nominis substantii, estque id quod tamquam subsistens est tale per illud, ut quod, tunc nomen substantium dicatur pluraliter de illis, illaque dicantur esse tot homines, aut tot alba, quae fuerint supposita, seu subsistencia, qua vel immediate assumperint naturam humanam, vel quibus Deus sua potentia vniuerit eudem candorem.

Esto haec regulae limitatio specie probabilitatis primo aspectu præficerat, amplectendā tamen censio regula ab que vltro prorsus limitatione. Primò, propter principia, ex quibus illam deduximus ac probavimus cum Scoto, que sanè vniuersim eam demonstrant. Nomen enim numerale, sive formaliter, sine virtute addatur substantiu[m] concreto, constituit cum eo, denotatque pluralitatem non solum in materiali, pro quo tamquam pro subsistente supponit, sed etiam in formalis, neque aliqua consentetur multa secundum rationem illius nominis, nisi ratio illius nominis diversa ab eis participetur, aut ea diversa denominet: quare duo homines, licet sine multi secundum rationem nominis, *homo*, aut *animal*, quæ in eis dividitur, si tamen diuina virtute affecti sint eodem candore, non dicuntur duo secundum esse albi, sed dicuntur unum tantum album, quia in esse albi non dividuntur, neque in participatione esse albi aut illius denominatione consentur plura subsistentia, sed unum subsistens, album propter vniarem esse albi.

Quemadmodum lapides, & ligna, quæ in se sunt multa subsistentia, in ratione tamen domus, censentur vnicum tantum subsistens domus, seu vnicum existens domus, ut quod tale est.

Secundò, quoniam si ea limitatio regulae esset admittenda, profectò quamvis cōcedi posset, Patrem & Filium esse unum spiratorem, principiumve *Spiritus sancti* propter quod ratio spiratoris, que in se est vna, dicitur de vitroque, & quatenus Pater & Filius sunt, quoad illam rationem dici possint unus spirator, nihilominus in se cōcedi simul posset eos esse plures spiratores, ut Ochamus, Gabriel & plerique alii ex Doctoribus Nominabilibus contendunt in rigore ac simpliciter debere simul concedi: quoniam sunt multæ res subsistentes, quarù[m] cuius, circumscripta quibus alia, conuenit ut sit spirator, principiumve *Spiritus sancti*. Quare si quemadmodum, ut concreta adiectiva dicantur pluraliter, necessaria non est pluralitas significati formalis, sed sufficit suppositorum, ita etiam necessaria non est, ut concreta substantia dicantur pluraliter, sicut communis Doctorum sententia concedit Patrem & Filium esse plures spirantes, sumpto vocabulo, *spirantes*, adiectiu[m], sic quoque concedi posset.

R. r. esse

esse plures spiratores substantiæ, pluræque principia Spiritus sancti, nullo facto discrimine inter adiectu illa & substantia, ut Doctores Nominales contendunt: cum tamen Concilium Lugdunense & Florentinum definiant, esse unum tantum principium Spiritus sancti.

Eodem quoque modo, si ea limitatio regule sit admittenda, licet concedi posset, Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse unum Deum, quia sunt naturæ diuinae, quæ est unus Deus, concedit nihilominus simul posse esse in se ipsis tres Deos: quia in se sunt tria substantia, quorum quodvis est Deus. Præterea, quia Deus idem est, quod substantia in Deitate aut habens Deitatem, omnes concedunt tres personas diuinas esse adiectu tres res substantia in Deitate, aut tres res habentes Deitatem: ergo si, ut substantium dicatur pluraliter, necessaria non est pluralitas significari formalis, sed satis est pluralitas suppositorum, substantium, quibus formale illud conueniat, sicut in rigore simpliciter est concedendum, tres personas diuinas esse tres Deos.

Marsilij & Catharini assertum.

His rationibus permotus Marsilius in i. quæst. 5. articulo 2. ad quintum ait, se usus Ecclesiæ id admitteret, posse coöcidi tres personas diuinas esse tres Deos, quia tamen usus Ecclesiæ id non admittit, idque propter hereticorum versutias, & ne insipientibus detur occasio arbitrandi esse plures Deos distinctos inter se in natura diuina, propositionem illam non esse concedendam. Ambrosius quoque Catharinus in illud Genes. 1. In principio creavit Deus, & ceteri asseuerat, concedendum esse tres personas diuinas esse Deos in plurali: non tamen concedendum esse, ead est tres Deos, quia id denotare pluralitatem in natura diuina.

Impugnatur.

Dicendum est nihilominus, tamen hanc propositionem, tres personæ diuinae sunt tres Dij, quia hanc, tres personæ diuinae sunt Dij, simpliciter esse hereticas, Scripturæ, definitionib[us]que Ecclesiæ contrarias ut ex sequentibus testimonio est manifestum. Deut. 6. Audi Israël: Dominus Deus noster, Deus unus est. Deuter. 32. Videite quid ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. 1. ad Corinthios 8. Etsi sunt Dij multi, & Domini multi, nobis tamen unus est Deus. Ad Ephesios 4. Unus Deus, una fides. In symbolo Missæ à Concilio Niceno inchoato, & à sequentibus generalibus Concilii acto & cōfīmato, Credo in unum Deum. In synodica suggestione, quæ in sexta synodo act. 4. habetur, inter alia ita scribitur, Deum Patrem confitentes, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, non tres Deos, sed unum Deum, Patrem & Filium & Spiritum sanctum. In Epistola Sophronij, que habetur actione 11. & tamquam orthodoxa recipitur à Concilio actione 12, latè ostenditur tres personas diuinas, non plures Deos, sed unum tantum esse Deum. In Concilio Lateranensi cap. Firmat, de summa Trinitate, & fide Catholica. Unus solus verus est Deus. In symbolo Athanasij. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres Dij sed unus est Deus. In Concilio Tolet. 6. c. 1. Credimus & profitemur sacratissimam, omnipotissimam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum solum. In Toletano 11. post multa quæ eamdem veritatem apertissime docente, Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus singulariter dicitur: non tamen tres Dij, sed unus est Deus. Longum, molestumque est testimonia alia, quæ penè infinita sunt, tam definitionum Ecclesiæ, quam sanctorum Parrum recensere.

Argument.

Ad argumentum autem illud, Deus idem est, quod habens Deitatem, Pater, Filius & Spiritus sanctus

A sunt tres habentes Deitatem: ergo sunt tres Dij, n[on]egat D. Thomas inferius qu. 39. art. 3. in response Dicitur ad primum, consequentia. Quoniam licet Deus, & habens Deitatem, idem sint, nomen tamen, Deus, illud merè substantiæ significat: oratio vero, habens Deitatem, ex parte illius participij, habens, significat adiectu: quare cum unum adiectiu non construatur cum alio quando in minori dicitur, Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt tres habentes Deitatem, adiectuum numerale, tres: constituitur cum Patre, Filio & Spiritu sancto, non vero cum oratione, habentes Deitatem: in conclusione vero construatur cum substantiu Dij, eaque ratione committitur fallacia quasi compositionis, aut divisionis.

Ex his iam facile erit intelligere id, cuius occasione tam multa dicta sunt. Cum enim nomina, spirator, & principium Spiritus sancti, substantia sint, formaliterque significatum eorum sit unum & idem in Patre & Filio, ex hac tenus dictis est manifestum, non dici in plurali, sed solùm in singulari de Patre & Filio, nihil pluralitate suppositorum Parvis & Filij impedit. Quare Concilium Lugdunense & Florentinum iuxta sermonis proprietatem, ac in rigore definiunt, Patrem & Filium esse unicum principium Spiritus sancti. Id quod potest confitari, quoniam tres personæ diuinae, nihil impediente pluralitate suppositorum, non dicuntur plura principia, sed unum tantum rerum creatorum. Capite etenim Firmat de summa Trinitate & fide Catholica, de sanctissima Trinitate definitur, Deum esse unum uniusmodi principium: ergo paratione Pater & Filius, cum eadem spiratione actua, eademque vi ad spirandum, producans Spiritum sanctum, nihil impedit pluralitate suppositorum, non dicuntur plura principia, sed unicum Spiritus sancti.

D Illud etiam aduersus Ochamum, Gabrielem, alioisque Doctores Nominales facilè intelligitur: Licet Pater & Filius non sint plures spiratores, pluræ principia Spiritus sancti, hanc tamen propositionem esse simpliciter concedendam, Pater & Filius spirant Spiritum sanctum, & sunt duo spirantes, sumptu participio, spirantes, adiectu, ut in rigore in terminacione masculina sumitur. Ratio est, quoniam, ut concreta illa adiectua dicantur pluraliter, necessaria non est pluralitas significari formalis, sed sufficit pluralitas suppositorum Parvis & Filij. Nomen etiam numerale, duo, non construatur cum adiectuo à parte prædicati, neque illud determinat, sed cōstruatur cū Patre & Filio, vt ex dictis constat.

Illud postremò est animaduertendum, D. Thomam in 1. d. 11. & 29. utrobiusque artic. vltimo, affirmando cum quibusdam aliis, quoniam Pater & Filius non sint plura principia Spiritus sancti, appellandostamen esse plures spiratores propter pluralitatem suppositorum. Quod confirmabant ex illo Hilarij 2. de Trinitate, Spiritus sanctus à Patre & Filio anterioribus confitendum est: porro Patrem & Filium autores esse Spiritus sancti, & esse spiratores illius, idem sunt. Merito tamen D. Thomam hoc loco propter regulam substantiæ mutauit sententiam. Ad Hilarius vero responderet: Sumpsisce substantium pro adiectuo.

Durandus nihilominus pertinaciter vult, Patrem & Filium appellando esse plures spiratores. Ad regulam vero substantiæ respondet, non esse, quando substantia sunt nomina verbala, ut sunt, spirator, &c. Inquit enim huiusmodi nomina in modum nominum adiectiorum degenerare. Quod probat, quoniam unum substantium non

non iungitur alteri à parte subiecti , nisi interueniu-
tu coniunctionis : neque enim dicimus , Socrates
Plato currunt . Sed Socrates , & Plato currunt : adie-
ctum verò sine interueniu coniunctionis iungit-
tur substantiuo , dicimus enim : Socrates albus currit :
quare cùm nomina , inquit , verbalia non sicut ac ad-
iectiva , iungantur substantiis sine interueniu media
coniunctionis , dicimus enim Socrates scriptor currit , sit ,
ut degenerent in modum adiectivorum , eorumque regu-
lam sequantur .

Verum hac Durandi ratio est satis infirma ad
exciendum à regula substantiiorum nomina
verbalia , quæ non id habent , quia nomina verba-
lia sunt , sed quia sunt nomina cōnotatiua . Vniuer-
sum namque nomen substantiū cōnotatiū
cohæret sine interueniu media coniunctionis cum
altero substantiuo , eò quod significet in concreto
quid accidentiarium , neque ponat in numero sup-
positorum cum altero substantiuo : dicimus enim
Socrates dominus , pater , &c. currit .

DISPUTATIO V.

Vtrum Spiritus sanctus procedat à Patre , & Filio
quatenus sunt plures , an quatenus
sunt unum .

Questio hæc excitatur circa responsonem ad
primum D. Thomæ. Ante illius verò solutio-
nem examinandum est , an in principio quod Spi-
ritus sancti , in hoc sensu per se requiratur pluralitas
suppositorum , quod , si per impossibile Filius
non concurreret , solus Pater non posset Spiritum
sanctum producere : an verò solum per accidens ,
eo modo quo in principio , quod , rerum creatarum
per accidens est pluralitas suppositorum , quatenus ,
eò per impossibile Deus non esset Trinus in per-
sonis , quæ bene producere posset creaturas , ac eas
trinus in personis produxerit .

Scotus in 1. d. 12. q. 1. arbitratur , per accidens esse
in principio , quod , Spiritus sancti pluralitas sup-
positorum iuxta sensum explicatum . Potissimum
fundamentum cui innititur est , quia in Patre est
tota & integræ virtus ad producendum Spiritum
sanctum : ergo esto Filius non concurreret simul ,
solus Pater eum produceret . Confirmatur , quia si
solus Pater non posset producere Spiritum sanctum ,
non esset perfectum illius principium , sed
aliquid ei decesset de ratione principij Spiritus sancti ,
quod non est dicendum .

D. Thomas in 1. d. 11. q. 1. art. 2. & 4. ad secundū
existimat , ad productionem Spiritus sancti per se
requiri pluralitatem suppositorum tamquam condi-
tionem sine qua non produceretur : eò quod
procedat ut nexus & amor unitius , mutuusque
duorum , quod sine ea pluralitate nequit intelligi .
Eamēdē sententiam innuit hoc loco ad primum
& ad septimum , eamque defendant Cajetanus &
Torres hoc loco , licet Cajetanus non iudicet im-
probabilem sententiam Scoti . Eamēdē amplectū
tur Durandus in 1. d. 29. q. 3. ad primum , Richar-
dus d. 11. q. 1. Argentinus q. 2. Gregorius q. 1. &
Capreolus d. 12. q. 1.

Puto tamen media via esse incedendū . Sit ergo
prima conclusio . Ad productionem Spiritus sancti
realiter ac personaliter distincti à Patre & Filiō ,
per se requiritur in principio productio Spiritus
sancti pluralitas suppositorum Patris & Filii , tam-
quam conditio tamen sine qua non producere-
tur talis . Hæc conclusio patet ex dictis artic. 2. vbi
Molina in D. Thom.

A ostensum est , si Spiritus sanctus à Filio non pro-
cederet , non distingueretur ab eo realiter & per-
sonaliter .

Vnde ad argumenta Scoti , quatenus cum hac
conclusione pugnare videntur , dicendū est : Quam-
nis in Patre sit integra virtus ad producendum
Spiritum sanctum , Patrè sit perfectum eius
principium , in eo tamen solo non esse condi-
tionem sine qua Spiritus sanctus non produceretur
distinctus realiter à Filio : nam ad id necessarium
est eamēdē virtutem à Patre Filium accepisse , si
mūlque cum ipso ad productionem Spiritus sancti
concurere .

Sit secunda conclusio . Si per impossibile Filius
non concurreret ad productionem Spiritus sancti ,
solus Pater sufficeret , vt cum produceret : ta-
metsi tunc non esset distinctus à Filio . Priorem
partem huius conclusionis probant sufficienter
rationes Scoti .

Ad fundamentum verò D. Thomæ dicendum
est , Spiritum sanctum esse amorem unitiuum , ac
mutuum Patris & Filii , ratione amoris essentialis
quem includit , & quatenus Spiritus Sanctus est
quid productum ab utroque . Quod si à solo Patre
produceretur , tunc amor essentialis esset mutuus
Patris & Filii , quo se inuicem diligenter : sicut re
ipsa modo est mutuus amor triū personarū di-
uinarū , quatenus unaquæque amore essentiali
diligit essentiali , & omnes tres personas : Spiritus
sanctus verò , quia non esset tunc ab utroque , non
dixeretur amor personalis virtusque , neque id esset
necessarium , eò quod à ratione Spiritus sancti satis
haberet , si esset amor productus .

Ex his facile erit intelligere , quid dicendum sit
ad questionem propositam . Dicendum namque
est , simpliciter absolute loquendo , Spiritum sanctum
procedere à Patre , & Filio , quatenus sunt
vnū individuum communicabile secundū ra-
tionem spiratoris , & quo ad spirationem actiūam ,
vnūque ad spirandum , & nihilominus procedere
etiam ab illis , quatenus sunt multa supposita , in
quantum id est conditio sine qua ab utroque sup-
posito non distingueretur .

Circa responsonem ad secundū , aduerte , no-
mine principij , nos interdum intelligere id , quod
producit , ut quod interdum verò id , quod est ratio
producendi : quo pacto dicimus in aqua frigidita-
tem esse principium frigefaciendi , humiditatem
verò humectandi : sicut ergo vnam & eamēdē
aquam , propter unitatem suppositi , dicimus esse
vnū tantum principium quod frigefaciendi &
humectandi , & nihilominus in ea esse duo princi-
pia quo illarū functionū : ita Patrem æternū ,
propter unitatem suppositi , dicimus esse vnam
tantum principium quod generans Filium & spi-
rans Spiritum sanctum : concedere tamen possu-
mus in eo esse duo principia quo id est , duas ratio-
nes , alteram producendi Filium , nempe intellectu
& alteram producendi Spiritum sanctum , volunta-
tem videlicet , ut habet rationem potentia spirati-
onis . D. Thomas verò loquitur hoc loco de prin-
cipio quod , non verò de principio quo .

Circa responsonem ad quartum notandum est ,
hæc propositionem , Pater & Filius sunt vna
principium , quod est Pater , videri omnino concedēdam ,
tametsi D. Thomas tenuere videatur eam con-
cedere . Etenim relatum , quod , cùm sit neutrum ,
referri principium subsistens Patri & Filio com-
mune , nempe spiratorem : spirator autem est prin-
cipium ,

Secunda
conclusio .
Spiritu san-
ctum à solo
patre proce-
dere posse , nō
tamen à filio
distinctum ,

Pater est
vnū prin-
cipiū , quod ,
Filius & Spi-
ritus sancti ,
in eo tamen
sunt duo prin-
cipia quos , cō-
paratione
verius que
personas .

Pater & fi-
lius sunt vna
principium ,
quod est pa-
ter , eis pro-
positionem
veram .

cipium, quod est Pater, & quod est Filius: nec in de sequitur Filium esse Patrem, sed quod spirator, communicabile quid suppositorum Patris & Filii, & ex identitate duorum suppositorum cum aliquo communicabili non sequatur identitas suppositorum inter se. Similis difficultas est de hac proportione, Pater & Filius sunt unus Deus, qui est Pater: qua proculdubio est vera, pronomine, qui, referente Deum: nam unus numero Deus, qui verè dicitur de Patre & Filiis, re vera est Pater. Neque inde sequitur, Filium esse Patrem, quod ex identitate Patris & Filii cum natura diuina non sequitur identitas Patris & Filii inter se, propter communicabilitatem naturae diuinæ.

Circa respondionem ad quinatum aduerte, hanc, unum principium Spiritus sancti est Pater & Filius, esse veram: tum quia principium Spiritus sancti supponit immediatè pro spiratore, cui conuenit, ut sit Pater, & Filius: tum etiam quia indistinctè & quasi unica suppositione supponit pro Patre & Filiis, tam si coniunctim, quam si diuisim spectentur, ut explicavimus.

DISPUTATIO VI.

Virum Pater, quatenus principium Filii, & Filius quatenus principium Spiritus sancti, sunt plura principia.

SVPEREST EXAMINEREMUS, AN SALTEM QUATENUS PATER EST PRINCIPUM FILII PER INTELLECTUM, & FILIUS EST PRINCIPUM SPIRITUS SANCTI PER VOLUNTATEM, PATER & FILIUS SINT PLURA PRINCPIA. *Pars affirmans suadetur.* PRIMÒ.

Secundò.

Secundò, ut non in substantiū dicatur pluraliter, satis est pluralitas significati formalis ac suppositorum: atqui Pater & Filius sunt distincta supposita, & principium est nomen substantiū, significatumque formale illius est diuīsum in Patre, & Filio: quippe cùm in Patre sit paternitas, aut potentia ad generandum, & in Filio sit spiratio, aut potentia ad spirandum: ergo sunt plura principia, comparatione Filii & Spiritus sancti.

TERTIÒ, si Filius, ut principium Spiritus sancti, & Pater non essent plura principia, sed unum idemque principium, tunc Filius esset principium, quod est principium Filii quandoquidem esset illud unū principium, quod est Pater & Filius, ac proinde esset principium sui ipsius, quod est absurdum.

Pars nihilominus, qua negat, vera est, nempe Patrem & Filium, eo modo spectatos, non esse plura principia secundum rem, sed unum re, & plura virtute donatax. Quæ probatur primò, quoniam in diuinis omnia sunt unus, inter quæ non obstat relationis oppositio: sed Filius, ut est principium Spiritus sancti, & Pater, quæ Pater, non opponuntur relatiuè, ut art. 2., ostensum est; ergo eo modo spectati, non sunt plura principia, sed unum re, & plura solum virtute. Secundò, principium est nomen substantiū, & formale principij in Filio est spiratio actiua, aut vis ad spirandum, in Patre vero, comparatione Filii, est paternitas, aut potentia generativa, sed spiratio actiua & paternitas visq; spirariua & potentia generativa, non distinguuntur inter se, nisi virtute, ut ex hac tenus dictis patet: ergo Pater & Filius sunt unus principium secundum

rem, & plura virtute donatax. Consequens est manifesta, quia ut nomen substantiū verè dicatur in numero plurali, prorsus requiritur pluralitas significati formalis. Tertiò, Filius est principium Spiritus sancti, quatenus est spirator: sed licet Filius, quæ Filius, distinguitur realiter à Patre, attamen, quatenus spirator est, ab eo minime distinguitur realiter, sed solum virtute: ergo Pater, qui Pater & Filius ut principium Spiritus sancti, sunt unū tantum principium secundum re, & plura solum virtute. Quartò confirmatur hoc ipsum ex Anselmo in lib. de Spiritu sancto cap. vbi ait: *Negue tamen duo confitemur principia, unum Patrem ad Filium, alterum Patrem & Filium ad Spiritum sanctum: sicut non credimus alium Deum Patrem de quo est Filius, & alium Deum Patrem & Filium de quo est Spiritus sanctus: quoniam de eodem Deo, sive de eodem principio, suo quisque modo sit, alter similecē nascendo, alter procedendo.*

Ad primum, ergo argumentum in contrarium neganda est consequens: tum quia licet Pater & Filius sint due personæ, pater tamen & spirator non sunt due personæ, sed idem secundum rem: Filius autem non est principium Spiritus sancti, nisi quatenus spirator est, quo patēto non distinguitur realiter à Patre: tum etiam quia significatum formale principij, in Patre & in Filio non distinguitur realiter, sed virtute donatax, ut ostensum estat verò, ut nomen substantiū verè enunciatur in numero plurali, de aliis necessaria est illis pluralitas significati formalis. Propter has duas rationes principium Filii, creaturam in diuinis non sunt etiam plura principia, sed unus tantum.

Ex his patet quid respondentum sit ad secundum: significatum namque formale principij non est diversum in Patre & Filio, nisi solum virtute. Addo quid licet Filius, quæ Filius, & Pater sint distincta supposita, non tamen Filius, quæ spirator, est & Pater: quod tamen necessarium erat, ut argumentum vim haberet.

Ad tertium dicendum est, Patrem & Filium, eo modo spectatos, esse unum principium re, & plura virtute: quare quia solum conjuncti Filio, ut sit principium Spiritus sancti, quadam rationem spiratoris: non vero quo ad rationem genitoris, quæ est solum in Patre, solumque virtute distinguitur à ratione spiratoris, non sequitur Filium esse principium sui ipsius.

QUÆSTIO XXXVII.

De nomine Spiritus sancti, quod est amor.

ARTICULUS I.

Virum amor sit proprium nomen Spiritus sancti.

IRCA hunc articulom quæ diximus q. 27. art. 3. Quæadmodum in huminis, & proprie vocabulorum penitentia, & quia quæ ad voluntatem spectant nos magis latent, quam pertinentia ad intellectum, amor dicitur non solum actus voluntatis, quo formaliter diligimus, sed etiam terminus, seu qualitas, quam diligendo producimus, quoque in diuinis amor dicitur, non solum actus voluntatis, quo tres personæ denominantur formaliter diligere, sed etiam terminus à Patre & Filio diligendo productus, qui est persona Spiritus sancti: æquiuocè tamen. Amore ergo in hac lectione acceptione dicitur in diuinis perlovaliter, estque proprium